



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum negligentia sit peccatum speciale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

argumentum, cui hic respondetur, tendebat. Erit etiam & simpliciter determinandum de subiecto continentiae, examinando rationem auctoris ibi. Propter praecipua praeveniens electionem, in cuius persistencia praedistinguitur continens ab incontinenti: sed superposito, quod continentia fit in voluntate, facile sustinetur constantia in ratione, dicendo quod incontinentia & mollietas ex parte appetitus causant inconstantiam: & similiter continentia & perseverantia ex parte appetitus causant constantiam. Patet enim in litera, quod tam constantia, quam inconstantia inchoative est ex appetitu, consummate autem est ex ratione. Unde de subiecto tantummodo continentiae restat quaestio.

In corp. art. D. 391. & 395.

Super Quaestio. quinquagesima tertia articulum sextum.

In articulo. 6. adverte in calce corporis 1y, maxime quoniam huiusmodi rationis defectus ex alijs etiam vitijs oriuntur, ut experientia testatur in his, quae ex avaritia, vel ambitione praecipites, inconsiderati, inconstantesque sunt: sed luxuria quia eneruat rationem, ut in litera dicitur, ideo maxime causat eorundem.

D. 389. & 390.

Infr. q. 133. ar. 4. & 5. & ma. q. 15. articulo 4.

* ar. praec. ad 2.

Lib. 31. c. 31. a med.

Lib. 31. Moral. c. 31. a medio.

Lib. 6. c. 5. & lib. 7. ca. 21. a medio ultimo 5.

D. 438.

defectus eiusdem pertinet ad imprudentiam; & ideo inconstantia secundum sui consumptionem ad imprudentiam pertinet. Et sicut praecipitatio est ex defectu circa actum consilij, & inconsideratio circa actum iudicii: ita inconstantia circa actum praeccepti. Ex hoc enim dicitur aliquis esse inconstans, quod ratio deficit in praecipiendo ea, quae sunt consiliata, & iudicata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod bonum prudentiae participatur in omnibus virtutibus moralibus: & secundum hoc persistere in bono pertinet ad omnes virtutes morales, praecipue tamen ad fortitudinem, quae patitur maiorem impulsionem ad contrarium.

AD SECVNDVM dicendum, quod invidia, & ira, quae est contentio nis principum, faciunt inconstantiam ex parte appetitivae virtutis, ex qua est principium inconstantiae, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod continentia, & perseverantia non videntur esse in vi appetitiva, sed solum in ratione. Continens enim patitur quidem peruersas concupiscentias, & perieverans graues tristitias, quod designat defectum appetitivae virtutis: sed ratio firmiter persistit, continens quidem contra concupiscentias, perieverans autem contra tristitias. Unde continentia, & perseverantia videntur esse species constantiae ad rationem pertinentis, ad quam etiam pertinet inconstantia.

ARTICVLVS VI. Vtrum praedicta vitia oriuntur ex luxuria.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod praedicta vitia non oriuntur ex luxuria. Inconstantia enim oritur ex invidia, ut dictum est: sed invidia est vitium distinctum a luxuria: ergo praedicta vitia non oriuntur ex luxuria.

¶ 2 Præ. Iacob. 1. dicitur. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis: sed duplicitas non videtur ad luxuriam pertinere, sed magis ad dolositate, quae est filia avaritiae, secundum Grego. * 31. Moral. ergo praedicta vitia non oriuntur ex luxuria.

¶ 3 Præ. Praedicta vitia pertinent ad defectum rationis: sed vitia spiritualia propinquiora sunt rationi, quam vitia carnalia. ergo praedicta vitia magis oriuntur ex vitijs spiritualibus, quam ex vitijs carnalibus.

SED CONTRA est, quod Grego. * 31. Moral. ponit praedicta vitia ex luxuria oriri.

RESPON. Dicendum, quod sicut Philo. dicit in * 6. Ethic. delectatio maxime corrumpit aestimationem prudentiae, & praecipue delectatio quae est in venereis, quae totam animam absorbet, & trahit ad sensibilem delectationem. Perfectio autem prudentiae, & cuiuslibet intellectualis virtutis, consistit in abstractione a sensibilibus. Unde cum praedicta vitia pertineant ad defectum prudentiae, & rationis practicae, sicut ha-

bitum est, sequitur quod ex luxuria oriuntur vitia, quae causant inconstantiam pertrahendo rationem ad iudicium rationis. Unde Philo. dicit quod incontinentes irae audit quidem non perfecte: incontinentes autem contentio taliter eam non audit.

AD SECVNDVM dicendum, quod inconstantia animi est quoddam consequens ad inconstantiam, prout dupliciter videtur: videlicet in Eunucho dicit, quod in amore est bellus pax, & inducia.

AD TERTIVM dicendum, quod inconstantia tantum magis extinguit iudicium, quantum longius abducuntur a ratione.

QVAESTIO LIII.

De Negligentia, in tres articulos.

OSTENDE considerandum est negligentia.

ET CIRCA hoc quaeritur.

Primò. Vtrum negligentia sit peccatum speciale.

¶ Secundo. Cui virtuti opponatur.

¶ Tertio. Vtrum negligentia sit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum negligentia sit peccatum speciale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod negligentia non sit peccatum speciale: enim diligenter opponitur: sed diligenter opponitur in qualibet virtute, ergo negligentia non sit peccatum speciale.

¶ 2 Præ. Nihil, quod invenitur in peccato, est speciale peccatum: sed negligentia invenitur in quolibet peccato, quia omnis qui peccat per quae a peccato retrahitur: & qui peccatum seuerat, negligit contra de peccato, ergo non est speciale peccatum.

¶ 3 Præ. Omne speciale peccatum habet determinatam materiam, neque enim est peccatum aut indifferetia: quia ea praetermittit negligentia reputatur. Similiter etiam non est peccatum, quia si negligenter aguntur, iam non sunt peccata: quod negligentia non fit in peccato, quod est determinatum.

SED CONTRA est, quod peccata committuntur ex negligentia, distinguuntur ex contemptu.

RESPON. Dicendum, quod negligentia non est peccatum, sed peccatum est, quod negligentia habet rationem peccati, modo quo sollicitudo est specialis peccatum, quod est quod negligentia sit speciale peccatum, enim aliqua peccata specialia, quae sunt materia specialia, sicut luxuria est peccatum speciale. Quaedam autem sunt vitia specialia, quae sunt peccata, tunc actus se extendens ad omnem materiam, modi sunt omnia vitia, quae sunt peccata, non quilibet actus rationis se extendens ad materiam moralem: & ideo cum sollicitudo est specialis actus rationis, ut supra dicitur.

consequens est, quod negligentia, quae importat sollicitudinis defectum, sit speciale peccatum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod diligentia videtur esse idem sollicitudini, quia in his quae diligimus, maiorem sollicitudinem adhibemus. Vnde diligentia, sicut sollicitudo, requiritur ad quamlibet virtutem, in quantum in qualibet virtute requiruntur debiti actus rationis.

AD SECUNDUM dicendum, quod in quolibet peccato necesse est esse defectum circa aliquem actum rationis, puta, defectum consilij, & aliorum huiusmodi. Vnde sicut precipitatio est speciale peccatum propter specialem actum rationis, qui praetermittitur scilicet consilium, quamuis possit inueniri in quolibet genere peccatorum: ita negligentia est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis, qui est sollicitudo, quamuis inueniatur aliquando in omnibus peccatis.

AD TERTIUM dicendum, quod materia negligentiae proprie sunt bona, quae quis agere debet, non quod ipsa sint bona, cum negligenter aguntur: sed quia per negligentiam accidit defectus bonitatis in eis, tunc praetermittatur totaliter actus debitus propter defectum sollicitudinis, siue etiam aliqua debita circumspectantia actus.

ARTICVLVS II.

Vtrum negligentia opponatur prudentiae.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod negligentia non opponatur prudentiae. Negligentia enim videtur esse idem quod pigritia, vel torpor, qui pertinet ad accidia, ut patet per Grego. 31. Moral. accidia autem non opponitur prudentiae, sed magis charitati, ut supra dictum est, ergo negligentia non opponitur prudentiae.

¶ 2 Præ. Ad negligentiam videtur pertinere omni peccati omissionis: sed peccati omissionis non opponitur prudentiae, sed magis uirtutibus moralibus, executiuis. ergo negligentia non opponitur prudentiae.

¶ 3 Præ. Imprudentia est circa aliquem actum rationis: sed negligentia non importat defectum, neque circa consilium, in quo deficit precipitatio, neque circa iudicium, in quo deficit inconsideratio, neque circa praecipitum, in quo deficit inconstancia. ergo negligentia non pertinet ad imprudentiam.

¶ 4 Præ. Ecclesia 7. dicit. Qui timet Deum, nihil negligit: sed unumquodque peccatum praecipue excluditur per virtutem oppositam. ergo negligentia magis opponitur timori, quam prudentiae.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccles. 20. Lasciuus, & imprudens non obseruat tempus: sed hoc pertinet ad negligentiam, ergo negligentia opponitur prudentiae.

RESPON. Dicendum, quod negligentia directe opponitur sollicitudini. Sollicitudo autem pertinet ad rationem, & rectitudo soli-

Supra Questionis quinquagesimae articulum secundum. In quest. 54. articulo 2. qua in primo nihil occurrit, dubium est, quia declaratio sumpta ex eymologia sicut, videtur ponit ad oppositum, quam ad positum licet. Ex hoc namque quod negligentia sonat electionem, sequitur quod spectat ad uoluntatem, cuius actus est electio, & non ad rationem, in qua est prudentia. Ad hoc dicitur, quod de habitibus uirtutum, & uirtutum, & non de potentibus est sermo, & negligentia uirtutis: prudentia uirtus est, consequens est, ut electio hoc loco illius dicitur esse, cuius est actus rectitudo, vel electio, & non cum est actus absolutus. Contra autem, quod licet rectitudo talis electionis sit a uirtute, puta, iustitia, & talis a talis: uirtutem tamen rectitudo electionis est a prudentia, ac per hoc dicitur electio spectare ad oppositum prudentiae. Et per hoc in littera dicitur ad prudentiam, & ad prudentiam pertinet. Vnde optime declaratio illa tenet oppositum, quicquid sit de eymologia illa.

citudinis ad prudentiam: unde per oppositum negligentia ad imprudentiam pertinet. Et hoc est ex ipso nomine apparet, quia sicut Isido. dicit * in lib. Etymo. negligentis dicitur, quasi nec eligens. Electio autem rectorum quae sunt ad finem, ad prudentiam pertinet: unde negligentia pertinet ad imprudentiam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod negligentia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet electio. Pigritia autem, & torpor magis pertinent ad executionem: ita tamen quod pigritia importat tarditatem ad exequendum, torpor remissionem quandam importat in ipsa executione: & ideo conuenienter torpor ex accidia nascitur, quia accidia est tristitia aggrauans, id est, impediens animum ab operando.

AD SECUNDUM dicendum, quod omisio pertinet ad exteriorem actum. Est enim omisio, quando praetermittitur aliquis actus debitus: & ideo opponitur iustitiae, & est effectus negligentiae: sicut etiam executio iusti operis, est effectus rationis rectae.

AD TERTIUM dicendum, quod negligentia est circa actum praecipiendi, ad quem etiam pertinet sollicitudo. Aliter tamen circa actum hunc deficit negligentia, & aliter inconstans. Inconstans enim deficit in praecipiendo, quasi ab aliquo impeditus: negligens autem per defectum promptae uoluntatis.

AD QUARTUM dicendum, quod timor Dei operatur ad uitiationem cuiuslibet peccati, quia ut dicitur Prou. 15. Per timorem Domini declinat omnis a malo: & ideo timor facit negligentiam uitare, non tamen ita quod directe negligentia timori opponatur, sed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis. Vnde etiam supra habitum * est cum de passionibus ageretur, quod timor facit consiliatiuus.

ARTICVLVS III.

Vtrum negligentia possit esse peccatum mortale.

AD TERTIUM sic proceditur. Vnde, quod negligentia non possit esse peccatum mortale. Quia super illud Iob 9. Verebar omnia opera mea, dicit gl. * Greg. quod illam negligentiam minor amor Dei exaggerat: sed ubique est peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei, ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ 2 Præ. Super illud Eccl. 7. De negligentia tua purga te cum paucis, dicitur * glof. Quamuis oblatio parua sit, multorum delictorum purgat negligentias: sed hoc non esset, si negligentia esset peccatum mortale. ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ 3 Præ. In lege fuerunt statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Leuit. sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia, ergo negligentia non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod habetur Prou. 19. Qui negligit viam suam, mortificabitur.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, negligentia prouenit ex quadam remissione uoluntatis,

Super Quasitio quinquagesimae articulum tertium.

In articulum tertium in responsione ad tertium, aduertitur, quod si ut in precedenti diximus questione, in peccatis moralibus, si distinguendus est defectus rationis a defectu appetitus, aut alterius executive potentiae, plura genera peccatorum in uno actu inueniuntur, uerbi gratia. Si quis negligendo iura paruum, multam fert sententiam intus in ratione, imprudentia reus est secundum negligentiam speciem, tunc autem in actu iudicij, multum reus est: & simile est in alijs. Et ideo littera dicit, quod negligentia trahitur ad aliud genus peccati. Et par est ratio de precipitacione, inconsideracione, & inconstancia, quae circa actus rationis communes omnibus mortalibus sunt, sicut & negligentia.

¶ 4 Præ. In lege fuerunt statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Leuit. sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia, ergo negligentia non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod habetur Prou. 19. Qui negligit viam suam, mortificabitur.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, negligentia prouenit ex quadam remissione uoluntatis,

¶ 2 Præ. Super illud Eccl. 7. De negligentia tua purga te cum paucis, dicitur * glof. Quamuis oblatio parua sit, multorum delictorum purgat negligentias: sed hoc non esset, si negligentia esset peccatum mortale. ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ 3 Præ. In lege fuerunt statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Leuit. sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia, ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ 4 Præ. In lege fuerunt statuta sacrificia pro peccatis mortalibus, sicut patet in Leuit. sed nullum fuit statutum sacrificium pro negligentia, ergo negligentia non est peccatum mortale.

Lib. 19. cap. 13. incipit: Nobilitas, non longe a fin.

12. quest. 44. art. 2.

Supra q. 53. ar. 1. cor. Et Phil. 4.

* lib. 9. Moral. c. 26. circa principium.

Glof. ordin. l. 1. d. 1.

Ar. prae. in solu. ad 3.

¶ Super